



Universitätsbibliothek Paderborn

**Diatribai De Primis Veteris Frisiae Apostolis, Sive
Dissertationes, quibus eoru[m] anni, actus, res,
personae, loca, tempora in eorundem actis occurrentia,
discutiuntur, illustrantur, erroresque ab ...**

Bosschaerts, Willibrord

Mechliniae, 1650

110. Quis fuerit Agilolphus qui Pipinum moribundum visitauit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10958

Appēdicis paruulus erat Theobaldus Grimoaldi moriente Pipino: ast Theobaldus Drogonis prouectæ etat astatit, aulæ Præfectus, statim post mortem Pipini fortia bella gessit, fugit, quæ paruulo non conueniunt. Vnde duos in vnum confundit ista appendix & qui eam sequuntur. Auctores omnes in Pipino moriente notant tanquam culpabile vel extraordinarium quod reliquo Theobaldo Martellum inscriperit Hæredem; ast certè si Theobaldus fuisset æquè spurius, nihil culpabile aut extraordinarium in Pipino posset reperiri aut queri. Fauet ratio: Quomodo Plectrudis Pipini coniux abieco Carolo Martello tantopere fategisset pro Theobaldo, si similiter fuisset nothus? Rationabilius & conuenientius est cogitare maluisse Plectrudem pro mariti sui filio quem ipsa educuerat, quique ipsam modestè semper coluerat virtutumque specimina ediderat, agere, quam pro Theobaldo ne-pote spurio Grimoaldi longè absentis.

DISSERTATIO CX.

Quis fuerit Agilolphus qui Pipinum moribundum visitauit.

SCripsit supra Marcellinus cum S. Swiberto Pipinum vltimò ægrotantem visitasse Agilolphum Archiepiscopum Colonensem. Quaritur, quis iste sit Agilolphus.

Plerumque putatur esse ille ipse qui anno 748. sed sit & cuius mentio est in Epistola Zachariæ Papæ ad Episcopos Galliæ & Germaniæ, exstatque apud Baronium ad annum 748. & tomo tertio Conciliorum part. i. sect. i.

Dum

Dum primò in Marcellinum commentarer, valde verr-
tus fui nomen Agilolphi ab eo siue ab alio textui apposi-
tum & lectori impositum ob certas rationes mihi occur-
rentes; inter quas una erat, quod Agilolphus ille sedens
anno 748. (de alio Agilolpho tum nesciebam) non po-
tuerit interfuisse extremis Pipini cum inter annum 714.
& annum 748. egerit Episcopum Raginfredus sub The-
odotico secundo Franciæ Rege prout habent authentici
Catalogi Colonienses. Hanc meam imaginationem po-
stea dissipauit & litem diremit omnem à me rogatus Re-
uerendus P. Garnefelt vir in Ecclesiasticis Coloniensibus
multis annis diligentissimus inquisitor, examiner, duos
me docens Agilolphos: vnum qui præfuit sub Childeri-
co Rege; alterum qui præfuit anno 748. prout supra &
legere est apud Surium & Baronium. Vide diff. 101. Ho-
rum acta male multi permiscent similitudine nominum
(magna decipula) seducti. Prior est ille qui Pipinum
morti imminentem debuit visitasse, non alias: ille idem
qui laurea Martyrij est decoratus 9. Iulij & quidem iuxta
iudicium eiusdem R. P. Garnefelt anno 718.

Hinc cum sale legenda quæ de S. Agilolpho profert
Molanus 9. Iulij in Natalibus SS. conflatur enim in v-
num Historia utriusque. Subodoratus id ipsum videtur
Molanus, dum respiciens ad Agilolphum anni 748. ait:
Scribitur visitasse Pipinum cum Swiberto, non ausus afferere
verens falsitatis, sicut eodem loco corrigit quendam alio-
rum errorem de tempore obitus Agilolphi.